




L866






Rah 1846.





Centimetres **TIFFEN** Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



CARMINA GRATV.
LATORIA.

ERVDITA PIETA,
TE, PIAQVE ERVDITIONE
exornatissimo Iuveni Domino FRI-
DERICO KETTIINGERO VVORMA-
TIENSI cum insignibus Magisterii
Philosophici in celeberrima Vitæ-
bergensium Academia vnà cum 46
honestis & doctis viris & iuuenibus
ornaretur, à spectabili Dn. Deca-
no M. IOANNE HAGIO No-
nis Septembris.

SCRIPTA

Ab amicis & conuictoribus.



Vitabergæ Typis Antonij Schön.

ANNO M. D. LXXXII.



CARMINA GRATV.
LATORIA.

ERVDITA PIETA,
TE, PIAQVE ERVDITIONE
exornatissimo Iuveni Domino FRI-
DERICO KETTINGERO VVORMA-
TIENSI cum insignibus Magisterii
Philosophici in celeberrima Vitæ-
bergensium Academia vnà cum 46
honestis & doctis viris & iuuenibus
ornaretur, à spectabili Dn. Deca-
no M. IOANNE HAGIO No-
nis Septembris.

SCRIPTA

Ab amicis & conuictoribus.



Vitaberga Typis Antonij Schön.

ANNO M. D. LXXXII.


ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.



Ἰπτε ἀθάνατ' ὀ τιμὴν ἀποδῶσι ἐκάστω
ὡς ἀγαθ' ἔμισέβωρον, πέπραχεν ἔργα, θεῶν.
εἰς αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ σὺ φριδερικὲ πονήσας
πλήσα, πῆς ἀρετῆς ἄξια δῶρα λάβεις.
εὐγε, σὲ κόσμησεν νόος ἐν σήθεσιν ἀγανός
τόννεκα καὶ κροταφὸν ἐσεφε δέμμα τῶσ.



ALIVD EIVSDEM,



Ertur apud veteres morem viguisse

Latinos,

Si quis, in ambiguo rerum discrimine,
summos

Imperii in sese transferri optaret hono-

Si vel consiliis cuperet praefectus haberi (res:

Consul, iudiciis aut vellet Prator adesse,

Aut Quaestor, Censoriè grauis, siue esse Tribunus,

Vel quicumq; alius, quorum vita indiget vsus:

Huic toga praereliquis fuit assumenda decenter

Candida, qua, vita integritas, candorq; probatus

Ipsius, ut signo, cunctis testata pateret.

Quin etiam extensis diducta veste lacertis

Pectora nudabat, si saucia forte fuissent

Pro patria, decus inde sibi laudemq; parabat.

Flicet immensum virtuti gloria calcar

Addit, & ad quoduis facinus proclivior inde

Redditur egregium, cernens sua premia virtus.

Non igitur ratione caret, quod tempore nostro

Obtinuit, si qua studiis bene culta Minerva

Pectora sint, capiant ut docta premia frontis.

Incluta nam virtus dignos sibi poscit honores,

Quis postquam fuerit veluti mercede polita

g. m. s. u. v. n. q. p. r. s. t. u. v. x. y. z. p. r. i. s. t. i. a. s. u. m. m. a.
Ardua, difficiles vi de vincendo labores.

Hæc etiam tibi caussa fuit, FRIDERICE, meorū
Optime amicorum, vigiles traducere noctes
Dum studiis animum cupis excoluisse severis:
Nec tibi conatus fuit irritus: optima quæq;
Vicisti ingenio, superos & ad ætheris axes
Mente sagax adiens, quæ sit structura globorum
Cognosti, & quæ sint errantia sidera, quæne
Fixa polo mancant, quid sit cur luna corusco
Lumine splendescat, per se tenebrosa futura:
Qui sit ut interdum pleno se proferat orbe
Dum Phæbi radios contraria suscipit omnes,
Interdum penitus sileat, dum fratris in almo
Amplexu residet, nonnunquam cornua tantum
Exerat, & mediam partem quandoq; repleta,
In geminas veluti partes dissecta, recurrat.
Quid? quod & astivis cur sol fervere diebus
Usq; adeò soleat, subvi signum acre Leonis
Dum tenet, ipse licet tellure recedere iam tum
Ceperit: hyberno cur tempore tam citò ducat
Lumen ad Antipodas tenebris super orbe relictis:
Quid sit hyems, natura ni ves canasq; pruinas
Unde creet, fluvios glaciali & ponte coarctet:

Cur.

Cur tam saepe suo dum juncta est Delia fratri
Eripiat nobis conspectum solis, opaca.
Rursus, in opposita caeli regione locata
Ipsa suam amittat lucem, telluris ab umbra:
Quodq; magis mirum est, caelorum motibus omnes
Temporis articulos certò predicere nosti:
Plurima praeterea quasi memorare necesse
Effet, ab occiduo vesper prius orbe rediret.

Quare jure tuum quia tanta scientia rerum
Ornavit pectus, summum FRIDERICE capeßis
Nunc sophia titulum, capit hac tua premia virtus.
Quòd tibi punicei praeingit mitra coloris
Tempora, doctrinam, mores simul atq; modestos
Esse tibi perhibet: liber est adaperus, ut inde
Possè docere rudes pateat tibi parta facultas.
Aureus inseritur digito quòd & annulus, illud
Est signum puros ipso de fonte liquores
Castalio, summa iam te cum laude bibisse.

Nos, (quibus est tecum iam longo tempore junctum
Foedus amicitiae, propter communia mensa
Jura) tibi meritos tribui gratamur honores.

Thomas Fabricius Thol-
nensis Ungarus.

A L I V D .



Lurima pertentant homines persæpe pericla,
 Ut cineres superet garrula fama suos.
 Nam quidam rapidis audent se credere ventis,
 Navibus & vastum sollicitare fretum.

Non pauci ancipitis deposcunt prælia Martis.

Hi dant, hi capiunt vulnere fœda manu.

Torrentis miles patitur canis impiger æstum,

Perfert & gelidas sæpius imbris aquas.

Sumptibus haud paucis adierunt ostia Nili,

Pythagoras Samius, Cecropiusq; Plato.

Ut mores hominum naturam & religionem

Scirent, & colerent artibus ingenium.

Pythagoras tandem Lacedæmona clara profectus,

Leges cognovit magne Lycurge tuas.

Italiam veniens decreta & dogmata primus

Imposuit populis Itala terra tuis.

Virtutis FRIDERICE tuæ vestigia postquam

Fixisti ad patriæ limina chara tuæ.

Non parva adiutus nummorum copia tentas

Hinc atq; hinc claras visere ritè scholas.

Centum ubi Panthæo fumant altaria thure,

Ornant & Phœbi laurea ferta comas.

Hic mores hominum didicisti, & dogmata pura,

Implesti pectus religione pia.

Hæc quia Grynæus dudum cognovit Apollo,

Vidit Calliope, dulcis & Vrania:



Concordi, lauro viridanti tempora, mente,
Musæ cinxerunt ò FRIDERICE tua.

Sint tibi propitiæ Charites, maioraq; tentes

His, caput extollas sydera ad alta tuum.

Ioannes F. Thelegdinus Vngarus
amicitiæ perpetuæ ergò scribebat.

A L I V D.



Ancula Pierides deducite carmina Musæ,

Et lætum dulci psallite voce meo

Psallite, & oblato Friderico carmen honori

Dicite: conatus atq; iuvate meos.

Per vos summarum fastigia tangere laudum

Nancisci & potuit plurima turba decus.

Per vos multorum viguerunt facta virorum

Per vos Augusti Cæsaris acta vigent.

Pelleus juvenis toto clarissimus orbe

Est vestra patriæ gloria factus ope.

Quodè modo Cyrus Medorum transtulit ad se

Imperium, vestra discitur illud ope.

Quodq; babeat doctum populosa Polonia regem

Consilioq; gravem, tutior esse potest.

Ascendit Stephanus tantarum ad culmina rerum

Per vos: Namq; alias serperet ille solo.

Eximia parvos extollere sede soletis,

Et magnum minimis conciliare decus.

Hinc

Hinc quoq; cui nomen FRIDERICO est ferta dedistis
Laurea, doctrina maxima signa bonæ
Post varios virtute insignia digna labores
Et sunt à vobis præmia magna data.
Omnis is est certè nimium me iudice felix,
Gloria cui proprio parta labore venit.
Quando igitur propria tantos sis nactus honores
Virtute, ô animæ pars FRIDERICE mea,
Gratulor atq; animo certè summè esse beatum.
Ire via tali gloria vera solet.
Perge igitur felix capias & letus honores
Majores, vita & sospite dignus opes.
Omnibus in rebus Christus te flamine sacro
Dirigat, vt possis organon esse DEI.

Michael B. Nadudua
rinus.

F I N I S .



